

Basili Imperat

Parenthet

Xenophonis

Xenophonis

Dionis Apicula

Paulo de Nadi lat

Plotarchus

Vitalis et Vitalis

Synetii Opuscula

Porphyrii Opera

Heliodori Opera

Virgilius Elogia

Accommodat

Vale et Henric

Reverentia (1)

et ubi

Pa

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.

1107

1107

~~E. III. 1.~~

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1107

E. III. 14.



1156414979

15.

L. G. q. 74.

DIALECTICÆ
RVDIMENTA
OPVSCVLVM

JACOBI MARIT AMBOSII.



PARISIIS,
Ex Typographia Dionysij à Prato, via Amygdalina,
ad insigne Veritatis.

1582.

DILECTICÆ
R. V. D. I. M. E. N. T. A.
O. P. V. S. C. V. L. A. M.
JACOBI MARIÆ AMBROSII



PARIS 1712
Ex Typographia Dionysij à Paris, via Angoulême,
ad insignæ Universitatis.
1712.



DIALECTICÆ RVDIMENTA, OPVSCVLVM

JACOBI MARII AMBOSII.

Quid sit Dialectica, quot in partes distri-
buita, de quinque vocibus. Cap. I.



^{præpositio} DIALECTICA est ^{disputatio} facultas dis-
tendi de omni questione proposita ex
probalibus in vtramque partem.
Duas habet partes, vnam inuenien-
di, quæ Topice dicitur, alteram iu-
dicandi, quæ ^{refutatio aut demonstratio} Analytice appellatur.

^{in quæstione argumenti} Topice in peruestigandis, ^{argumenti} Analytice in tractandis argu-
mentis posita est. Argumenti tractatio vocatur argumen-
tatio. ^{argumenti tractatio} Argumentationis duæ sunt species, inductio, & ^{quæ a rebus sumitur ad vniuersales} ratiocinatio, de qua summam dicendum est. Ratiocina-
tionis igitur partes sunt propositiones, quæ ex vocibus sim-
plicibus constant. Voces simplices sunt simplicem animi
notionem significantes. Hæ vel de vno tantummodo di-
cuntur, vt indiuidua, vel de multis, quæ sunt numero
quinque, Genus, Species, Differētia, Propriū, & Accidēs.
Ac Genus est, quod de multis specie differentibus in quæ-

Diffinitio

Diffinitio est ex rebus cognitis &
propositis ad id quod non cognoscatur
procedatur peruenire.

Quid sit Quæstio

Quæstio est propositio In dubitando posi-
tis autem quæstio aut naturalis &
fitur eorum quod sunt, aut diuina &
prophetarum habet etiam humanarum, ac
moralis fitur In virtute satis præ
ad bene bene quod videndum & si Igitur
quæstionis generum dialecticus potest
disputare.

Argumenta omnia dicuntur ex suis lo-
cibus in quibus latent. Sicut autem Corum
Scientia appellatur Topice. Itaque a
Scientia Corum quasi sedes et domus
argumentorum, quod In Coris argumenta
Inclusa sunt. Totam autem Scientiam
Inueniendum est argumentorum artes o-
mnibus mandauit. quomodo non & vni-
uersis artibus autem Topice.

Argumenti tractatio

Argumenti tractatio dicitur quod argumentum
ex suis locis, deinde dicitur atque. Sumptum
tractandum est, cuius quidam arguti tractati
de argumentis. Itaque Inueniendum est argu-
mentum & Topice arguti Inueniendum tractatur
figuram artis & Analyticæ.

Ratiocinatio

Ratiocinatio dicitur qui quidam syllogismus &
vniuersis proceditur.

RVDIMENTA.

^{In sola sp̃e} plicat, in solaque specie inest, de qua vicissim dicitur in questione quale quid est, ut hominis proprium est aptum esse ad risum, aut ad scientiam percipiendam. ^{In accidens} Accidens est, quod tum adest, tum abest sine subiecti perniciē. ^{In accidens} Accidens duplex, unum quod à subiecto est separabile, ut dormire in homine: alterum quod à subiecto separari non potest, ut color albus in niue. Res quæ accidenti subijcitur est substantia, in qua accidens innititur: à qua quidem salua & incolumi auelli potest, ipsum tamen saluum & incolumē nullo modo potest.

De Categoriis. Cap. II.

Hæ quinque voces ordine quodam inter se dispositæ Categorias constituunt. Est enim Categoria series rerum cognominum sempiterna, in qua aliæ de aliis dicuntur. Quoniā autem ea rerum natura est, ut, cum substantia se pulcherrimè sustentet, accidentia autē sic in illa innitantur, ut sine perniciē diuelli non queant, iure optimo substantia principem locum obtinet. Ea in primam diuiditur & secundam. Prima substantia est, quæ subijcitur omnibus, quæque nec de subiecto ullo dicitur, nec in subiecto ullo inest, ob eāque causam propriè, & primū, & maximè appellatur substantia, ut Socrates; Plato, & quicquid in cernendi sensum cadit, digito de demonstrari potest, ut hic homo, hæc quercus, hoc cœlū. Secunda substantia est, quæ de subiecto dicitur illa quidē, attamen nullo in subiecto inest, ut homo, & animal, quæq; primarum substantiarū species & genera sunt. Quinetiam substantiarū differentie in substantiis numerandæ sunt. substantiarū enim partes substā-

Itaque in Inductis sp̃e quæ inest non recipitur eo magis quod sp̃e recipitur in Inductis dicitur de qua vicissim de p̃tore mutua recipitur quæ Sabst̃ia sp̃e sua in questione quæ ad qualitatem Indagatur Ut Dominus Duo p̃tore in solo Dominus Inest, & quod de in questione qualitatis

Cognominum

Quæ in artibus summa dicitur, vulgo p̃tore dicitur appellatur, nō melius id cognominum dicitur confidit

Volunt fortiter subijcitur huius substantiæ nēp̃e Sonni; aiali aialo, corpori, dēiq; sp̃i sum p̃tore nēp̃e substantiæ Itaque quāplurimis acciditibus, & p̃tore quādoquid d̃t alij

quæq; in d̃t subiecto Quia infra substantiā primā inest est qd non subijcitur

Sic Sonni Cuius p̃tore p̃p̃ri nōm̃is loco ponitur

Substantiarū aut differentie aut sunt p̃tore definiti p̃tore. sed differentie substantiarū in latere categorico collocantur - p̃tore dicitur quodq; genus p̃tore differentie dicitur in p̃tore

Prima substantia
Et prima substantia sensus proposita

DIALECTICÆ

tias esse necesse est. Primæ substantiæ potius sunt substan-
tiæ, quàm secundæ: itémque secundarum substantiarum
species, quàm genera, quòd propius à primis absunt. Om-
nium substantiarum hoc commune est, ut in subiecto non
insint: itémque ut hoc aliquid significant. ac de primis qui-
dem certè non dubium est, quin hoc aliquid significant: se-
cundæ verò qualitatem potius significare videntur. Iam
hoc etiam substantiis insitum est, ut eis nihil sit contrariū.
nec enim ipsa sibi substantia, nec accideri adversatur. Præ-
terea omni substantiæ commune est, ut illud magis ac mi-
nus repudiet. Extremum omnium illud est, quod substan-
tiæ conuenire, propriūque videtur esse maximè, ut, cum
una eadēque numero sit, vim habeat accipiendi contra-
ria, idq; immutatione sui. **Q**UANTITAS est mensura
substantiæ. Diuiditur in discretam & continuam. Dis-
creta est, cuius partes nullum inter se communem terminum
contingunt: cuius species sunt duæ, numerus & oratio.

Continua quantitas est, cuius partes communem inter se
terminum contingunt: eius quinque sunt species, linea, su-
perficies, corpus, locus, & tempus. Atque etiam alia est
quantitatis diuisio. nam alia constat ex partibus situm
inter se habentibus, ut linea, superficies, corpus, & locus:
alia ex partibus, quæ situm certum non habent, ut nume-
rus, oratio, tempus. Quantitati nil adversatur. Quanti-
tatis hoc maximè proprium est, ut illi æqualitas & inæ-
qualitas per se ac primo conueniat. **Q**UALITAS substan-
tiæ modus quidam est. Ea esse dicitur, ex qua quales ali-
qui nominantur. Qualitatis quatuor sunt species. Prima
est habitus & affectio. Habitus quidem hoc differt ab affe-

Sicutus habetibus
Sic minus cogitatur propropiandus
est adiecti linea superficiem corporis
et loci pte situm inter se habent
numeri aut orationis, et temporis
Ita non habent

Quantitati in
Quomodo substantia in se est
Ita in se quantitati in se
in parua Itaria sunt magnis in se
parua multis. et priora magna
et parua. Itaque multa et parua
non sunt quanta sed et ibi quæ
ut aliquis existit.

Quantitatis
Sic minus
Quia per quantita te æqua æqualia
et inæqualia dicuntur

RV D I M E N T A.

Etione, quod firmior, diuturnior, constantiorque est, nec nisi ^{a subiecto} agere difficulterque diuelli potest: affectio vero in- ^{a subiecto} firma est parumque stabilis, facillimeque eiici distrabi- que potest. Definiuntur autem habitus & affectiones, quibus bene vel male ad aliquid afficimur, ut virtutes, & vitia. Secunda qualitatis species est, naturalis pote- ^{natura affectu} stas & imbecillitas. Ea est insita rei & innata quali- tas, qua res ipsa subiecta ad aliquid aut agendum, aut non agendum, aut ad aliquid patiendum, aut non patien- dum apta nominatur, ut duricies, mollicies. Tertia qua- ^{qualitatis et species} litatis species complectitur omnes patibiles qualitates & ^{ad patibiles} passiones, cuiusmodi est calor, odor, color, sapor. Quar- ta qualitatis species est, forma & figura, ut forma Mar- tis, ut triangulum. Qualitas qualitati contraria esse po- test. Qualitatis proprium est, ab ea aliquid simile aut dis- simile nominari. Ea quae cum aliquo conferuntur, sub eandem rationem cadunt omnia, ac mutuo sese exponunt, quod vnius eorum vis atque natura ab altero pendeat. Ut pater & filius: dominus & seruus. AGERE est vim suam in aliud inducere, ut vrere. PATI est illam ipsam vim ab alio accipere, ut vri. Ceterum agere & pati & repugnantiam, & magis minusque reci- piunt. HABERE idem declarat, quod vestitum esse, aut armatum esse, aut quid aliud tale. VBI, ut in Ly- ceo, in Academia, in foro. QVANDO, ut superiore an- no, & Augusti tempore. SITVM esse, ut sedere, stare.

Parumque
4 Quia in substantia non ita ultas agit
radix (et ita dicitur)
9 Definiuntur
sabitur et affectiones
sunt boni et mali
naturalis potestas
ut scilicet ad invidiam et ad-
frontiam perceptionis naturalis
est potestas in somno. o. d. n. omni-
um potestates ad sunt secundae qualitates
sunt potestates
fuerunt
est potestas ad amorem naturalis
potestas sunt facultates ad amorem
ad amorem ad amorem
difficultate scilicet, frangitur, iurid-
forma et figura
forma apparet eadem qua obsequium
in principio sapientis et spiritus, quod et
naturalis est ut forma pium ut
artificiosa ut forma martis
Sed et
ut iudicet autem in patibiles res
sub figuris fagi.

DIALECTICÆ

De propositionibus. Cap. III.

Ex simplicibus vocibus efficiuntur & conſtantur propositiones, de quibus hoc nobis loco propositum eſt ſimpli-
citer breuiterque diſputare. Omnis igitur propositio eſt
enuntiatio, hoc eſt, oratio verum aut falſum ſignificans.
Enuntiatio autem tum demum dicitur propositio, cum
ratiocinationis pars eſt. Enuntiatio bipertito diſtribui-
tur, in ſimplicem, quam categoricam, & in coniunctam,
quam hypotheticam nominant. Simplex enuntiatio eſt,
quæ aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo dicitur,
hoc modo: Homo eſt animal: Homo non eſt immortalis.
Coniuncta verò enuntiatio eſt, quæ ex ſimplicibus enun-
tiationibus conſtat: vt, Si ſol lucet ſuper terram, dies eſt.
At enim tum ſimplex, tum coniuncta enuntiatio vna eſt,
non plures. Enuntiatio ſimplex ex ſubiecto & prædi-
cato ſimplicibus conſtat. Vtrumque enuntiationis extre-
mum aut explicatum nomen eſt, vt, Iuſtitia eſt Virtus:
aut ſubiectum quidem ſemper explicatum nomen eſt, at-
tributum verò cum verbo implicitum, vt, Deus eſt. quæ
explicatur ac reſoluitur ad hunc modum, Deus eſt ens.
Nomen eſt vox ex inſtituto ſignificans, omnis expers tem-
poris, cuius pars nulla quicquam declarat ſeparatim. Ver-
bum eſt vox ex inſtituto ſignificans, temporis particeps,
cuius pars nulla ſignificat ſeparatim, ſemperque ea decla-
rat & indiſcat quæ de altero dicuntur. Enuntiationis
ſimplicis partes ſunt duæ, prædicatum, quod de altero dici-
tur, & ſubiectum, de quo alterum dicitur. Quicquid enim
de aliquo dicitur, id aut maius, aut æquale illi eſt, num-
quam

RVDIMENTA.

quam minus. Vt enim naturæ consentaneum est, ut minora maioribus subiiciantur, aut de paribus paria mutuo dicantur: ita hercle iniquum sit, ac naturæ alienū maxime, si minora de maioribus enuntientur. Simplicis enuntiationis tres sunt diuisiones. Earum prima est in affirmationem, & negationem. Affirmatio est enuntiatio alicuius de aliquo, ut, Bonum est expetendum. Negatio est enuntiatio alicuius ab aliquo, ut, Bonum non est expetendum. Altera enuntiationis diuisio est in veram, & falsam. Omnis enim affirmatio, omnisque negatio aut vera, aut falsa est. nam vna atque eadem vera falsaque simul esse nullo modo potest. Tertia diuisio est in vniuersā, & singularem. Vniuersa enuntiatio est, cuius subiectum suapte natura de multis dici potest. quæquidem duplex est, siquidem alia est vniuersæ vniuersa, ut, Omnis homo est animal: alia vniuersa tantum. quæ rursus dupliciter dicitur, quædam indefinita, ut homo est animal: quædam in parte, siue particularis, ut, Quidam homo est iustus. Enuntiatio autem enuntiationi duobus modis opponi solet, aut enim contrario, aut contradictorio opponitur nomine. Et contrariæ quidem enuntiationes sunt generales, quarū altera ait quid, altera negat: ut, Omnis iustitia est virtus, Nulla iustitia est virtus. Siquidem in affirmatione & negatione omnis repugnantia consistit. Harum enuntiationum ea est natura, ut simul verum complecti nullo pacto queant, cuiuscumq; tandē generis earum materia sit, simul falsas esse interdum nil prohibet. Contradictoriæ enuntiationes aliæ ex subiectis constant vniuersis, quarum aut vna est generalis aiens, altera specialis negans, ut, Omnis

DIALECTICÆ

homo albus est, aliquis homo albus non est: aut una est generalis negans, altera specialis aiens, ut, Nullus homo albus est, Aliquis homo albus est: alia ex singulis subiectis, ut Aristoteles est philosophus, Aristoteles non est philosophus. Contradictoriarum enuntiationum unam veram, alteram falsam esse necesse est,

De ratiocinatione. Cap. 4.

Hoc unum restat, ut de ratiocinatione differatur, quæ ex enuntiationibus constat, quæ ratiocinationis propositiones nuncupantur. Ratiocinatio ergo, siue syllogismus, siue quouis alio vocabulo gaudet, est oratio in qua positis quibusdam, aliud quiddam quàm quæ posita sunt necessario efficitur ex iis ipsis quæ posita sunt. Ratiocinationis tres sunt species, demonstratio, dialectica ratiocinatio, & ea quæ certandi studio comparata est. Demonstratio est, cum ex veris & primis ratiocinatio constat, aut certè ex eiusmodi quæ à quibusdam primis & veris cognitionis principium sumunt. Dialectica ratiocinatio est, quæ ex probabilibus concludit. Certandi studio comparata, quæ ex iis progreditur, quæ probabilia videntur, nec sunt: & quæ ex probabilibus confectæ, iisve quæ probabilia videntur, ratiocinationis speciem gerit. Illud autem in primis scire oportet, omnem ratiocinationem ex tribus tantum verbis confici, qui termini vocantur. quorum quidem terminorum unus dicitur primus siue maior, alter ultimus siue minor, tertius medius. Nec verò ulla in ratiocinatione plura his tribus pauciorave extrema esse solent. ex quibus totidè etiã propositiones conflantur, hoc modo: ex primo & medio

propositio, ex ultimo & medio assumptio, ex primo & ultimo conclusio. Medium autem in conclusione nullum sibi locum potest vindicare. Conficiendæ ratiocinationis tres sunt formæ, quas figuras nominant. Figura definitur horum trium terminorum apta dispositio. Tres autem sunt figurae.

PRIMA figura est, quoties medium subijcitur primo, de ultimo autem dicitur. Eius quatuor sunt modi, quorum primus ex duabus propositionibus constat uniuersis affirmantibus, unde existit cōclusio generalis aiens, hoc modo.

Bar Omne animal est substantia,
ba Omnis homo est animal : ergo,
ra. Omnis homo est substantia.

Secundus modus ex propositione generali negante, & assumptione generali aiente infert conclusionem generalem negantem : ut,

Ce Nullum animal est arbor,
la Omnis homo est animal,
rent. Nullus igitur homo est arbor.

Tertius modus constat ex duabus aientibus, quarum propositio sit generalis, assumptio specialis : ex quibus conclusio generalis aiens necessario efficitur : ut,

Da Omnis virtus est bonum,
ri - Quidam habitus animi est virtus,
j Quidam ergo animi habitus in bonis est.

Quartus modus ex propositione generali negante, & as-

D I A L E C T I C Æ

sumptione speciali aiente constat, unde conclusio specialis negans sequitur: ut,

Fe	Nullum vitium est bonum,
ri	Quidam habitus animi est vitium, ergo
o	Quidam habitus animi non est bonus.

Ex quibus intelligi par est, in hac prima figura nec ex propositione speciali, nec verò etiam ex assumptione negante quicquam effici necessario.

SECUNDA figura est, in qua medium extremorum tenens principatum de primo pariter ac ultimo dicitur. Hæc figura quatuor concludendi modos complectitur. Primus ex propositione generali negante, itémque assumptione generali etiam, sed aiente constans, conclusionem infert generalem negantem: ut,

Ce	Nullum vitium est virtus,
sa	Omnis autem liberalitas est virtus,
re	Nulla ergo liberalitas est vitium.

Secundus modus ex utrisque etiam sumptionibus vniuersis constat, sed propositione affirmante, assumptione autem negante constat, ex quibus conclusio necessario vniuersa negans oritur, ad hunc planè modum:

Ca	Omnis auaritia est vitium,
me	Nulla autem liberalitas est vitium,
stres	Nulla ergo liberalitas est auaritia.

Tertius concludendi modus est constans ex propositione generali negante, & assumptione speciali aiente, concluditque specialem negantem, ut:

Fe Nullus lapis est animal,
sti Aliquod album est animal,
no Aliquod igitur album non est lapis.

Quartus constat ex propositione generali aiente, assumptioneque speciali negante, unde sequitur conclusio specialis quoque negans, hoc modo:

Ba Omnis iustitia est virtus,
ro Quidam habitus animi non est virtus,
co Quidam ergo habitus animi non est iustitia.

In hac figura ex propositione speciali, itemque ex duabus affirmantibus nulla sequitur conclusio.

TERTIA figura est, in qua medium in ambabus summptionibus est subiectum. Hæc sex concludendi modos continet. Primus est ex ambabus summptionibus vniuersis atque affirmantibus constans, ex quibus conclusionem infert specialem aientem, hoc modo:

Da Omnis iustitia est virtus,
ra Omnisque iustitia est habitus animi,
pti Quidam habitus animi est virtus.

Secundus modus ex propositione generali negante, & assumptione quoque generali, sed aiente constat, ex quibus sequitur necessario conclusio specialis negans, ad hunc modum:

Fe Nulla platanus est inanimata,
la Omnis platanus est arbor,
pton Quædam igitur arbor non est inanimata.

Tertius est constans ex propositione speciali aiente, & assumptione generali aiente, unde necessario efficitur conclusio specialis affirmans, ut:

DIALECTICÆ RUDIMENTA.

Di Nonnulli philosophi sunt rudes in iure civili,
sa Omnes autem philosophi sunt amantes sapientiæ,
mis Quidā igitur sapiētiæ studiosi sūt rudes in iure civili.

Quartus constat ex propositione generali affirmante, & assumptione similiter affirmante, verum in parte, unde necessario inuehitur conclusio in parte aiens, hoc modo:

Da Omnis homo est aptus ad scientiam percipiendam,

ti Quidam homo est animal, Ergo,

si Quoddā animal est aptum ad scientiam percipiendā.

Quintus ex propositione negante in parte, & assumptione affirmante in totum concludit specialem negationem, sic:

Bo Quidam homo non est philosophus,

car Quidam homo est animal, ergo

do Quoddam animal non est philosophum.

Sextus postremusque omniū modus ex propositione progrediens generali negante, & assumptione speciali aientep eruenit ad conclusionem ex parte negantem, ut:

Fe Nulli vitiosi sunt beati,

ri Quidam vitiosi sunt docti,

son Nonnulli igitur docti non sunt beati.

Ex assumptione negante nulla existit cōclusio in hac figura: nec verò in reliquis duabus, si ambæ sumptiones aut ex parte fuerint, aut negarint. V T A V T E M Dialecticas Institutiones è commentariis nostris in Aristotelem decerpimus, ita nunc ex illis ipsis institutionibus tamquam fontibus hæc rudimenta & quasi quædam differendi artis incunabula nobis nunc apud Lexoneos philosophaturis ad commuē tyronum utilitatem hausta libatæque sunt.

F I N I S.

Αὐτὸ δὲ ἀρχαῖον χρῆσθαι.



Diacetra -

Mefnager

